Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 264



simul atque a præclara illa futurorum bonorum contemplatione, & exspectatione, ac meditatione defecerit, in his, quæ ad sensus pertinent, tota defigitur, iis frui cupiens, & invidiæ, nequitiæque deserviens.

A καλῆς ἐκείνης θεωρίας καὶ προσδοκίας καὶ μελέτης τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἀποπήγνυται πρὸς τὰ αἰσθητὰ, τὴν ἐκ τούτων ἀπόλαυσιν μεταδιώκων, φθόνῳ καὶ κακίᾳ δουλεύων.

## XXVIII.

Luc. 16. HEi mihi, quid agam miser? Magna est mea imbecillitas. Solitudo, & paupertas, & animi remissio me occupant. Operari non valeo, mendicare erubesco. Rebus & fortunis domesticis sum exutus. Qui commode meis vivere poteram, in res adversas me conjeci. Ludibrio nunc iis factus sum, qui me felicem prædicabant. Dolor cor meum ob calamitatem, qua detineor, occupat: nec ullus reperitur, qui succurrat, nemo qui compatiatur. In magna ignominia constitutus sum. Alius ad sacerdotium evectus est, alius in dignitate constitutus. Ego vero velut ignobilis, & inglorius, abjectusque remaneo. Nemo est, qui mihi inopia, & infirmitate laboranti quid tribuat: dum interim hic divitiis affluit, ille discipulis comitatus procedit: unde & cum maximis præstantissimisque viris conversantur. Ego autem in magna ignominia contemtuque vivo, & victu etiam quotidiano indigeo. Illi splendide vestiti incedunt: mihi autem & necessaria indumenta desunt. Illi postquam in bonis dies suos transegerint, ex hac luce emigrantes, splendidum funus sortiti, cum aromatibus condiuntur, & sepultura dealbata honorantur, sempiterni nominis fama iis per epitaphii inscriptionem attributa: mihi vero morienti neque honor sepulturæ concedetur; ipsaque cella ob infrequentiam visitantium, sepulturæ loco erit. Cor mihi dolet: sed quid faciam? Defecerunt oculi mei, assiduo obtutu ostium conspicientes, & nullus est, qui pulset. Mœrore tabesco, nec est qui me consoletur. Summis angustiis premor, & non est qui misereatur. Hei mihi, quoniam in dolore deficiunt dies mei.

## KH.

Οἴμοι, τί ποιήσω ὁ ἄθλιος; ἡ ἀσθένειά B μου πολλὴ, μονία καὶ πτωχεία καὶ ἀτονία συνέχει με. Ἐργάσασθαι οὐ δύναμαι, ἐπαιτῆσαι αἰσχύνομαι. Ξένος ἐγενόμην τῶν οἰκείων μου πραγμάτων. Εὐημερεῖν δυνάμενος, ἐν δυσημερίᾳ περιέπεσον. Οἵτινες ἐμακάριζόν με, νυνὶ ὄνειδος αὐτῶν ἐγενόμην. Ἡ λύπη συνέχει μου τὴν καρδίαν διὰ τὴν περιέχουσάν με συμφοράν. Οὐδεὶς ὁ ἐπικουρῶν, οὐδεὶς ὁ συμπαθῶν. Ἐν ἀτιμίᾳ πολλῇ ἐγενόμην. Ὁ δεῖνα εἰς ἱερέα προσήχθη, C καὶ ὁ δεῖνα εἰς κεφαλὴν κατεστάθη· ἐγὼ δὲ ἄσημος καὶ ἀνεπίδοξος καὶ ἀπερριμμένος. Οὐδεὶς ὁ προσποιούμενός με τὸν ἐν πτωχείᾳ καὶ ἀρρωστίᾳ περιπεσόντα. Ὁ μὲν ὑπερεπλούτησεν, ὁ δὲ ὑπὸ μαθητῶν δορυφορεῖται, ὅθεν καὶ τοῖς ἐν ὑπεροχῇ οὖσι συνδιαιτῶνται. ἐγὼ δὲ καὶ ἐν ἀδοξίᾳ πολλῇ γενόμενος, καὶ τῆς ἐφημέρου τροφῆς λείπομαι. Ἐκεῖνοι προϊέμενοι λαμπρῶς ἀμφιέννυνται, ἐγὼ δὲ D καὶ τῶν ἀναγκαίων σκεπασμάτων ὑστεροῦμαι. Καὶ ὅταν τὰς ἡμέρας αὐτῶν ἐκτελέσαντες ἐν ἀγαθοῖς, ὑπεξέλθωσι τὸν βίον, τότε μετὰ ἀρωμάτων λαμπρᾶς κηδείας κατατυχόντες ἐν κεκονιαμένοις μνήμασι κατατίθενται· ὄνομα αἰώνιον αὐτοῖς διὰ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ ἐπιταφίου περιποιησάμενοι. ἐμοῦ δὲ τελευτήσαντος, τάχα οὐδὲ ταφῆς ἀξιοῦμαι· ἀλλ' ἡ κέλλα μου ἔσται μοι τάφος διὰ τὴν τῶν ἐπισκεπτομένων E ἐρημίαν. Ἡ καρδία μου ὀδυνᾶται, καὶ τί ποιήσω; Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐξέλιπον ἀτενίζοντες τῇ θύρᾳ, καὶ οὐδεὶς ὁ κρούων. Περίλυπος ἐγὼ, καὶ οὐδεὶς ὁ παρακαλῶν. Τέθλιμμαι ἐσχάτως, καὶ οὐδεὶς ὁ συμπαθῶν. οἴμοι ὅτι ἐκλίπουσιν ἐν ὀδύνῃ αἱ ἡμέραι μου.

## XXIX.

Psal. 41. 42. DIc animæ tuæ, o homo: Quousque tristis es, o anima mea, & quousque conturbas me? Spera in Domino, & pravas a te cogitationes repelles. Si enim terrenis non adhæsisses, ejusmodi te laqueis non implicuisses. Quin & hoc tibi persuade, neminem sive claro, sive obscuro fuerit loco

## KΘ.

F Εἰπὸν τῇ σεαυτοῦ ψυχῇ, ὦ ἄνθρωπε, ἕως πότε περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου, ἕως τίνος συνταράσσεις με; ἔλπισον ἐπὶ Κύριον καὶ ἐκτινάξεις σκολιοὺς λογισμούς. Εἰ γὰρ μὴ ἐννοεῖς τὰ γήϊνα, τοῖς τοιούτοις δικτύοις οὐκ ἂν συνέπλακες. Πλὴν τοῦτο ἔσῃ γινώσκων, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος, εἴτε ἐν ὑπεροχῇ ὢν, εἴτε ἐν ταπεινώσει,

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0512
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg